



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 129. Pax Cæsarem inter & Venetos conclusa

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

**Sæcul. XVI.** *pus quoddam, seu Congregationem Regularium in urbe instituit, quorum Superiores ad Cœnobium S. Marice supra Minervam toties, quoties necesse haberent, in gravaminibus etiam a summo Pontifice illatis, vel inferendis convenienter, deliberarent, & in commune decernerent, præsidente Cœtui supremo Dominicanorum Magistro.* Id a Bzovio edocemur, qui hanc etiam Bullam in Tabulario Ecclesiæ ad S. Mariam supra Minervam apud FF. Prædicatores Romæ affervari testatur. Quod si verum sit, inquit Spondanus, prosector ipsam quoque Sedem Apostolicam Leo Regularibus obnoxiam, subiectamque voluit. Hanc tamen Bullam mere confictam esse censemus. Altera vero de Regularibus, spredo obluctantium strepitu, ex plurimorum suffragio approbata fuit. His perfectis Sessio sequens, quæ & postrema fuit, ad secundam Mensis Martii diem indicta est; eandem tamen summus Pontifex justis ac legitimis ex cauffis Bulla hanc in rem die septima Februarii condita, ad decimam sextam Martii Anni sequentis millesimi quingentesimi decimi septimi prorogavit.

§. CXXIX.  
*Pax Cœsarem inter & Venetos conclusa.*

Pace per Pragmaticæ abrogationem,  
ac

ac Concordati firmitatem cum summo æcul. XVI.  
 Pontifice plene revocata, Galliarum Rex, A.C 1516.  
 quo minus Mediolanensi Ducatu tranquille frueretur, votis suis nil reliquum  
 habebat. Dissidia quoque Hispanos in- Guicc. l. 12.  
 ter & Gallos Noviodunensi foedere felici- Belcar. l. 15.  
 ter composita sunt, ac denique foedus inter Mem. du  
 Cæsarem & Venetos firmatum fuit. Hi Bell. liv. I.  
 enim jam vigesima quarta Maji hoc an- Bellefor. l. 6.  
 no rursum Brixiam ingressi sunt, nimi- t. 26.  
 rum anno abhinc septimo, quo anno ab urbe plane egrediebantur. Ceterum ex opima spe, quam ipsis Blesense foedus promiserat, in tota Longobardia nil amplius eis recuperandum supererat, quam sola Verona; unde illius obsidionem decreverunt. Sancitum quoque erat Noviodunensis pacti legibus, I. quod in illis etiam Cæsar comprehendenderetur, si Veronam Regi Christianissimo traderet, hic vero eandem urbem Venetis redde- ret, illi autem accepta urbe Cæsareæ fuisse Majestati centum Ducalium nummum millia persolverent (\*). II. Franciscus Rex, amplius nil eorum, quæcunque Ludovicus XII. ejus Prædecessor variis solutionibus mutua dedisset, data hanc in rem apocha a Maximiliano Cæsare repe- teret,

(\*) Totidemque Galliarum Rex. ita habe-  
 tur in foederis articulis, vide Palatium in Max. I.  
 num. CXCII. fol. 259.

Sæcul. XVI. teret, quamvis hæc pecuniarum summa  
A.C. 1516. plusquam decies centena aureorum mil-  
lia facile æquaret. Hæc pacta adimple-  
ri Respublica adeo non sperabat, ut Ve-  
ronæ obsidionem pararet, quo comper-  
to Cæsar Venetis significari jussit, se No-  
viodonensi foederi accessurum, ac Ve-  
ronam sub pactis conditionibus illis red-  
diturum. Id quoque integræ utrinque  
fide adimpletum; urbs enim Lautreco  
tradebatur, qui eam die decima quinta  
Januarii Anno millesimo quingentesimo  
decimo septimo Venetis restituit. Hæc  
dies merito velut omnium, quæ Came-  
racense foedus suscitaverat, bellorum exi-  
tus celebratur, moxque Cæsari promis-  
fa centum Ducalium nummum millia nu-  
merabantur. Papa vero, cum a Repu-  
blica Continentis terras recuperatas  
fuisse ægre ferret, ut hæc pacta elude-  
ret, nullis artibus pepercit, verum tumultu-  
sus ob Urbinatis ducatum recens su-  
scitati, quorum supra meminimus, curas  
eius ad alia convertere prohibebant.

## §. CXXX.

*Selimi Turcarum Imperatoris vistoria  
de Sultano Ægypti.*

Interea Selimus Turcarum Imperator  
Legatum ad Campsonem Sultanum  
questum misit, quod Persarum Regi sup-  
petias